



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 32. Pœnitentes albati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV unus: cumque deesset carnifex, protinus  
A. C. 1400. ex eorum numero misellus juvenis cog-  
batur de furca suspendere reliquos, etiam  
suum patrem, fratremque.

*Sup.lib.89.  
I. 49.* Papa Bonifacius in hanc violentiam,  
pluraque crimina, quæ Columniis tribue-  
bat, inquire voluit: & post initas Juris  
vias ordinarias contra illos edidit litteras  
longas: ubi a pontificatu Bonifacii VIII,  
nempe a seculo repetit probra hujus fa-  
miliæ: quibus fusius enumeratis duos fra-  
tres Nicolaum, & Joannem Prænestinum  
denunciat execratione devinctos, priva-  
tosque cunctis honoribus, ac bonis: &  
addit omnes clausulas, quæ tunc censuris  
severissimis jungebantur. Dabat 14 Maii  
anno 1400.

### §. XXXII.

#### *Pœnitentes albati.*

*Th. Niem.  
I. 2. t. 26.* Inter crimina, quæ Bonifacius Columniis  
exprobrabat, conquerebatur, Nico-  
laum in veste candida cum quibusdam aliis  
ad se venisse, ut ipsum per speciem pactio-  
nis falleret. Hæ vestes candidæ singula-  
rem merentur attentionem. Anno deci-  
mo pontificatus Bonifacii quidam dece-  
ptores e Scotia egressi venerunt in Ita-  
liam, portabantque crucis testaceas  
sanguine permistas, & oleo humectatas  
ita, ut in æstivis caloribus sudare vide-  
ren-

rentur. Ajebant unum e suo numero es- *Sæcul. XIV.*  
se Prophetam Eliam e paradiſo reverſum; *A.C. 1400.*

orbemque brevi perituruſ a terræ motu.

In tota ferme Italia, ipsaque urbe Roma  
tam magnos pietatis motus efficiebant, ut  
passim spectarentur publicæ supplicatio-  
nes hominum longas gestantium vestes  
linteas cum capitiis faciem tegentibus, &  
ſolum circa oculos parum apertis: ut ſunt  
facci albi poenitentium in provinciis Gal-  
liæ meridianis.

Hac in narratione ſto potiſſimum te-  
ſtimonio Theodorici Niemii, qui triginta  
circiter annos egerat in Italia, & hoc ſpe-  
ſtaculum ante oculos habebat ſuos: ac *S. Ant. to. 3.*  
*p. 445.*  
præfero eum S. Antonino Florentino tunc  
decem, aut duodecim duntaxat annos na-  
to; & Platinæ, qui tantum ex patre ſuo  
audita refert. Niemius rem ſic enarrat:  
Universus pæne populus, Sacerdotes ipli,  
quin etiam Cardinales hoc pietatis æſtu  
abrepti gerebant vestes candidas, & in-  
ſtructa ſerie procedebant nova cantantes  
cantica: quod cum per tredecim dies  
continuos feciſſent, suas redibant domos.  
Per illud tempus pernoctabant in templis,  
coenobiis, ac coemeteriis, quæ ſuis ex-  
crementis profanabant; & fructibus ar-  
borum, in quas incidebant, veſcebantur.  
Quia inibi cubabant juvenes, ac fenes;  
mares, ac foeminae, gravia fiebant flagi-  
tia: tandemque Aculæ in territorio Ec-

*Plat. in Bo-  
nif. IX.*

Mm 5 cleſia

**Sæcul. XIV.** clesiæ Romanæ deceptor quidam captus,  
**A. C. 1400.** subjectus tormentis, confessus crimen  
 atrox, & combustus est: quapropter so-  
 cii sceleris se clam submoverunt.

Boni tamen etiam effectus aliqui cer-  
 nebantur. Per duos aut tres ad summum  
 menses, quibus durabant illæ supplicatio-  
 nes, dabantur tacitæ inducæ inter urbes  
 inimicas; placabantur innumerorum odia  
 diurna, & capitalia; obibantur crebro  
 Sacra menta Pœnitentiæ, ac Eucharistiae.  
 Urbes, in quas pœnitentes illi veniebant,  
 hospitaliter eos invitabant. Inter canti-  
 ca eorum Latina & Italica erat illud: *Sta-  
 bat Mater dolorosa, quo tunc Sancto Gre-  
 gorio tribuebatur.*

**S. Ant.****§. XXXIII.****Sacer annus 1400.**

**Appropinquatio anni sacri probabiliter**  
**hos pietatis motus excitaverat.** Gal-  
 li enim, cæterique populi, qui se Benedi-  
 cto submiserant, censebant semper con-  
 formiter edictioni Bonifacii VIII an. 1300  
 factæ magnam indulgentiam Romæ ob-  
 tinendam esse quovis anno centesimo, non  
 quinguagesimo ex præscriptione Clemen-  
 tis VI, nedum trigesimo tertio secundum  
 sanctionem Urbani VI, quem non agnove-  
 rant Papam. Proinde Galli turmarim,  
 & ingente numero adibant Romam per  
 totum

**Sup. I. 89.**  
**§. 69.**

**I. 95. §. 13.**  
**I. 98. §. 54.**

**Th. Niem.**  
**I. 2. c. 28.**